



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 125. Commotio populi Ulyssiponensis adversus Judæos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XVI. quinquaginta leucis a Promontorio bona  
A.C. 1506. spei distant.

## §. CXXV.

*Commotio populi Ulyssiponensis adver-  
sus Iudæos.*

In Lusitania, cum tota regio gravi pe-  
*Marian. lib.* silentia flagraret, Rex Abrantium, v.  
28. num. 84. bi purior erat coeli temperies, secedere  
*Osorius lib. 4* compellebatur, fato sane prospero, ibi-  
dem enim Regina Filium, cui Ludovicus  
nomen impositum, feliciter enixa est, o-  
ctavo post partum die sacro fonte ablu-  
tum; verum communis lætitiae comple-  
mentum intercepit populi tumultus, leví-  
prorsus ex caufa Ulyssipone suscitatus;  
quippe in Ecclesia S. Dominici afferva-  
batur sculpta imago Crucifixi, cuius la-  
teris plagam vitrum obtegebant: cum ve-  
ro idem vitrum lucis radios reverberans,  
splendorem emitteret, nonnulli quadam  
die sacrificio assistentes, rem supra na-  
turæ vires arbitrati, in Templo vocife-  
rabantur: *Miraculum! Miraculum!* Hunc  
errorem dedocere audebat quidam Ju-  
dæus recens conversus, cumque populi  
simplicitatem rideret, cunctis persuasum  
erat, hunc judæum nonnisi fidei con-  
temptu permotum, ejusmodi verba eru-  
ctasse; quo circa tam impotenti furore  
conci-

concitabantur, ut una omnes in miserum <sup>Sæcul.</sup> XVI.  
irruentes, illum extra Ecclesiam raptatum A.C. 1506.

crebris fustibus tunderent, ejusque cor-  
pus in media platea igni traderent.  
Plebe jamjam in furorem acta, insaniam  
augebat quidam Monachus e claustro  
suo erumpens, cuius hortatu populus in  
Judæos acrius incendebatur, nilque nisi  
undique tumultuum voces audieban-  
tur, ac brevi tota gens ad seditionem  
concitabatur.

## §. CXXVI.

*Judæorum cædes.*

**H**ujus Monachi oratione, velut classico, *Marian. ib.*  
plebs ad cædem convocata fuit, &  
magis, magisque animata in Judæorum  
recens baptizatorum domus toto impe-  
tu irruit: mox erumpebant alii, qui hosce  
infelices trucidarunt, ac promiscua cæde  
viros, foeminas, atque infantes, nec æ-  
tati, nec sexui parcentes jugularunt, de-  
mumque illorum ædes deprædati sunt.  
Duo quoque Monachi Crucem velut ve-  
xillum seditionis præferebant; hæcque  
laniana solidum triduum tenebat, ac re-  
ferunt Scriptorum nonnulli, plusquam  
duo millia Hæbreorum, potissimum par-  
tem innocentes, hunc in modum pe-  
riisse, quos inter non pauci etiam, qui  
jamjam Christianæ fidei nomen dederant,  
aut